



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 1035. An constituto in asylo auferri possint, quæ is jecum illuc intulit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

9. r. Haun. l.c. tr. 1. n. 247. Delb. cit. du. 29. n. 4. Wiesta. h. t. n. 153. cum communi. ita tamen ut si reus bona alibi habeat, sit & maneat obstrictus, in tali casu præsentem solum necessitati subvenire, & non absolute donare præsumatur. AA. citati cum D. Thom. quodlib. 5. a. 7. cogique possit ad præstandam de refarciendo cautionem, antequam exeat, & eo usque detineri ut Delb. l.c. n. 6. etsi omnino sit pauper, licet Ecclesia & Ecclesiasticæ personæ teneantur ei tanquam pauperi subvenire vel de proprio, vel applicando illi aliquid ex deputato ad usus pauperum; cogere tamen cum possit ad laborandum manibus in conventu aliove loco inamini v.g. inferiendum fabricæ, saltem si laborare possit, & id statum ejus non dedecet, & victum aliter comparare nequeat; ne aliis immunitas sit ei occasio otiosi, & Ecclesia pro beneficio detrimentum patiat AA. citati. Inerim notat cum aliquibus non male Reiffenst. h. t. n. 58. non expedire ut rei propriis destituti mediis diutius morerentur in locis sacris, ne, ut dicitur cit. L. præsentem ipsi per incommodum Ecclesiæ egentium & pauperum expensis alantur; unde Rectores reo suadere possint, ut discedat, si cognoscat & judicent, quod in alio loco aut provincia absque periculo degere valeat, illucque eundem convenientibus modis ducere & dirigere sine periculo possint, nisi aliud circumstantiæ exigant.

Quæst. 1035. Num constituto in asylo auferri possint, quæ is secum illuc intulit.

Resp. cum bonis suis jussè possessis secum illuc illatis spoliari non posse, ita juxta cit. can. definit. Covarr. cit. c. 20. n. 16. Laym. L. 4. tr. 9. c. 3. n. 13. Suar. cit. L. 3. c. 12. n. 3. Farin. Append. de immunit. c. 19. n. 400. Bonac. cit. d. 3. q. 7. de immunit. p. 5. Castrop. l.c. n. 8. Pirh. h. t. n. 49. Delb. l.c. du. 30. n. 1. ubi etiam, quod congregat. super controvers. jurisdict. 13. Jan. 1632. declaraverit, quod contra auferentes ea (etiam arma, saltem non prohibita) à confugientibus ad Ecclesiam procedendum sit, uti à diversis violatores immunitatis Ecclesiasticæ. Quod si tamen bona illata non sint rei, sed aliorum, aut aliis obligata, ea illi auferri possunt etiam probabiliter à judice laico, cum id non sit illi inferre nocumentum, sed potius impedire ne ipse aliis noceat, dum ea auferuntur, ne aliis noceat, uti nec ei nocumentum inferre est spoliare illum armis prohibitis, sed potius auferre illi occasionem nocendi aliis. Ita Suar. l.c. n. 3. Laym. Covarr. ll. cit. Cutell. L. 2. q. 8. Reiffenst. h. t. n. 170. ubi etiam, quod, si ob damnum illatum à reo oporteat fieri restitutionem, ea per Judicem laicum fieri possit de bonis à reo illuc illatis. Item Delb. l.c. n. 2. ubi etiam, citatis pro hoc Covarr. Suar. Laym. ll. cit. Sanch. Tom. 3. opusc. L. 6. c. 1. du. 14. Villalob. Tom. 2. tr. 23. diff. 5. n. 11. & pluribus aliis, quod, si secum ad Ecclesiam rapuerit feminam, hæc ei auferri possit per Judicem sæcularem juxta c. de raptoribus 36. q. 1. verumtamen hæc à Judice sæculari fieri non posse, nisi de licentia Prælati Ecclesiastici, multo probabilius doceri à Pereg. c. 13. n. 5. Dian. p. 6. tr. 1. resol. 8. referente sic decum à S. Cong. Episcoporum. 30. Sept. 1616. Marant. de controv. Jur. p. 2. resp. 37. n. 1. Castrop. l.c. n. 10. Clarin. in controv. fir. c. 10. n. 16. Novar. l.c. n. 6. Farin. l. c. c. 16. n. 248. qui dicat oppositum procedere de R. P. Leir. Jur. Can. Lib. 111.

Jure Civili, & aliis, quos citat, astruit Delb. l.c. n. 5. ex ea ratione, quod Jure Canonico c. 1. extra h. t. c. 2. cod. in 6. expressè prohibeatur Judici sæculari aliquam jurisdictionem exercere in Ecclesia. Ad quod, quavis responderi possit dictam ablationem rerum futivarum & armorum prohibitòram fieri à Judice sæculari non per modum jurisdictionis exercendæ, sed per modum facti & juris defensionis naturalis; & quidquid sit, num sententia opposita in puncto juris sit probabilior (in quo plures utriusque sententiæ AA. teste Delb. l.c. n. 7. & 8. consentiunt) censet tamen ipse, quod in praxi sequendum sit, quod superior Ecclesiasticus semper requirendus sit, & ipse hoc præstet, & tunc tandem, si is id præstare renuat, posse occurrere periculo, & dictam ablationem fieri per ministros laicos; cum etiam per constitutionem Gregorianam permittatur reus extrahi à ministris laicis, dum Prælatus Ecclesiasticus extradendum renuit extrahere. Argumento etiam sumpto ex eo, quod Judici non habenti jurisdictionem seu incompetenti, dum defectus est Judicis competentis, permittitur agere, quod ille agere debebat, potius quàm ut privatus sine Judice id exequatur, ut DD. communiter apud Cutell. teste Delb. l.c. n. 10. idque absque eo, quod in tali casu aliqua sequatur irreverentia Ecclesiæ ex tali ministro sæcularium opere, uti ea non sequitur ex eo, quod permittatur in simili casu timoris, ne reus affugiat, aut ab Ecclesiasticis dimittatur laicis captura clerici, præsertim dum non minor irreverentia Ecclesiæ ex eo sequatur, quod reo faveatur in rebus pravis cedentibus in præjudicium Ecclesiæ ipsius & damnum tertii, relinquendo ei arma prohibita & res futivas; cum furis unà cum furto receptio & detentio sit furtum.

Quæst. 1036. An existens in asylo per sententiam adjudicari possit morti, aut damnari ad aliam pœnam corporalem vel pecuniariam.

1. Resp. primo quamdiu existit in asylo neque à Judice sæculari, neque ab Ecclesiastico damnari potest ad mortem, aut pœnam aliam corporalem. Ita juxta c. reum. c. id constitutum. 17. q. 4. & expressè c. inter alia, Abb. ibidem n. 3. Fagu. n. 11. & seq. Sylv. l.c. Laym. l.c. n. 13. §. 5. Suar. cit. c. 12. Azor. l.c. q. 12. Less. de 7. L. 2. c. 29. du. 6. n. 52. Tusch. V. Ecclesia concl. 5. 8. 14. Bonac. l.c. p. 5. n. 8. & plures alii, quos citat & sequitur Delb. l.c. du. 31. n. 3. è quibus Suar. item dian. p. 1. tr. 1. resol. 12. Farin. l.c. c. 21. n. 35. & 336. cum Cl. Innoc. Host. in c. inter alia. Anch. & Card. in Clem. 1. de pœnis & remiss. contra Gambac. Cutell. & alios quosdam qui tradunt non posse interea tali decetni pœnam servitutis, perpetui carceris, exilii aut etiam ut Suar. Triremis; cum hæc pœnæ sint valde graves & æquiparentur corporalibus; imò ipsarum quasdam excedant. Excipit tamen pœnam servitutis illi præstandæ, cui injuriam intulit Delb. l.c. n. 5. cum Cutell. contra Gambacur. eò quod Canon de raptoribus. 36. q. 1. ubi ea decernitur, specialis sit raptoribus, quin & usu receptus non sit, nequidem de raptu, adeoque multò minùs in præsentem casu. De cætero notant Castrop. p. 2. d. unic. p. 11. n. 11. Haun. l.c. n. 249. Clar. L. 5. prax. crim. §. fin. n. 3.